

CLARISSIMI
VIRI D. PETRI PECKII
ZIRICAEI V. I. DOCTORIS
consultissimi.

Commentaria in omnes penè Iuris Ciui-
lis Titulos ad rem Nauticã pertinentes.

*Titulorum Catalogum sequens
pagina indicabit.*

19

14971



163



LOVANIÏ

Apud Petrum Colonæum Typog.
Iurat. Anno 1556.

Cum Priuilegio Regio ad tres annos.

614684743

PRIVILEGIUM.

Diplomate inuictissimi Regis PHILIPPI
interdictum est sub grauiſſimis pœnis, ho-
rum librorum impressione, distractioneque
omnibus Typographis, ac Bibliopolis trium anno-
rum ſpatio, niſi quibus imprimere eos ac diſtrahere
D. Petrus Peckius I. V. Doctor permiferit. Bru-
xella. xvi. Ianuarij. anno M. D. LVI.

Subſig. P. de Lens.

In hoc volumine cōtinetur Commenta-
rius in Tit. hos Pandectarum.

Nautæ, caupones, ſtabularij vt recepta reſti-
tuant etc. fol. 1.
De exercitoria actione. fol. 51.
Ad legem Rhodiam. fol. 161.
De Incendio, Ruina, Naufragio. Rate, Naue expu-
gnata. fol. 227.

IN TIT. CODICIS

H O S.

Aventica Nauigia. de Furtis. fol. 189.
De nauicularijs ſiue nauclerijs publicas ſpecies
transportantibus. fol. 195.
De auiibus non excuſandis. fol. 301.
De Naufragijs. fol. 308.

Ioannes Casembrotius Brugensis

Candido Lectori.

CVM grauissimis laboribus, studio et alacritate multa, non ita nuper ad edicta praetorum quibus Cauponum, Stabulariorum, Nautarūq; libido cōstringitur, & desperatis naufragorū calamitatibus succurritur. Clarissimus D. D. Petrus Peckius celeberrimo apparatu esset commentatus mi candide Lector, Officij & religionis erga Praeceptorē memor, quin etiā publica literaria reipub. utilitate cōcitatus, illi primū humaniter supplicare, reluctātem stimulare cepi vebemētius, ne vberrimos illos eruditionis suae fetus ingenti nedū infelicissima laboris frustratione domi suffocari, nascentemq; laudis & honoris fructum (sola calumniantiū rabie perplexus besitās) extinguī & emarcescere pateretur. Non enim in hac sola qua trahimur omnes scientiae cognitionisque cupiditate debemus inueterascere. Sed longius profectō quā vitam nostrae ratio tam lubrica postulat, de nominis nostri aeternitate, spe, atque animo cogitare conuenit. Omnes enim qui suauī posteritatis sensu excellentiūq; hominū cogitatione cōfirmati, in circumfluente laude ac virtute versamur, sempiternum quiddam, & nulla intermoriturū memoria spectare videmur, ne si cum vita (cuius vt exiguum curriculum, sic immensū splendoris, & gloriae natura spaciū statuit) nominis nostri celebritatē negligendam dimittēdamq; putemus, nulla pro Repub. dimicatio, nulla ciuiū defensio, nullū ad verā illam

A ij grauemq;

I

PETRI PECKII ZI-
RICA EI IVREC. AD EAM
Iuris partē quæ de re nautica
trahat Commentarij.

IN TIT. IX. FF. IIII. VT
nautæ, caupones, stabularij re-
cepta restituant.

R V B R I C A.

Summæ rerum.

Nautæ, caupones, stabularij, genus hominum
improbum. nu. 1.

Triboniani negligentia. nu. 2.

Stabulum & caupona quid sit remissive. nu. 3.



VM Romanus Prætor
crescente indies hominum
malitia raram inter mor-
tales fidem consistere ani-
maduerteret, & (vt ille
ait) non hospes ab hospite tutus esse inci-
peret. Vtilissimum id editum proposuit
quo aduersus tantam improbitatem atque
perfidiã prospiceretur. Idq̃, eorũ quidem
præcipuè quorum fidem plerunque coacti
atque necessitate quadam sequimur: genus
hominũ improbũ quosq̃, aduersus bonam
fidem mercatorũ & ius gentium cum fu-
ribus cõtra eos quos recipiunt, sæpenumero
B coinisse